

proconsulibus et advocatus praedicti cum nonnullis eorum in hac parte complicibus de mandato consilio et assensu aliorum proconsulum et consulum praedictorum ad dictam domum accesserunt et eundem presbyterum absque omni offensa reali aut verbali tenentes ipsum per vestes non tamen inhoneste de dicta domo eduxerunt, super quo dictus presbyter de iniuria protestando proconsuli advocato et complicibus praedictis diversas imposuit minas, propter quod proconsul et advocatus praedicti mente confusi eundem presbyterum cuidam carceri manciparunt, in quo ipsum per unam noctem absque vinculis et quavis alia offensa detinuerunt mancipatum, postmodum vero die sequenti idem presbyter alias illaesus pristinae libertati restitutus, propter quod exponentes et complices excommunicationis incurrerunt sententiam in tales generaliter promulgatam, super quibus supplicari fecerunt humiliter exponentes et complices praedicti eis per sedem apostolicam de oportuno remedio misericorditer provideri et quod propter hoc non teneantur sedem apostolicam visitare. Nos igitur auctoritate sedis praedictae, cuius poenitentiariae una cum reverendo in Christo patre domino Antonio eadem miseratione episcopo Portuensi curam gerimus, et de speciali mandato super hoc auctoritate apostolica nobis facto circumspectioni vestrae committimus, cum eorum ordinarium habeant in hac parte suspectum, quatenus si est ita postquam dicto presbytero iniuriam passo si non satisfecerunt satisfecerint competenter et unum calicem eorum ecclesiae parrochiali ponderis duarum marcharum argenti deauratum et honeste laboratum realiter et cum effectum dederint, exponentes et complices praedictos a dicta sententia et excessibus huiusmodi ac peccatis eorum aliis, quae vobis confitebuntur, nisi talia sunt propter quae merito sit sedes consulenda praedicta, absolvatis hac vice in forma ecclesiae consueta et iniungatis inde eorum cuilibet auctoritate praedicta pro modo culpa poenitentiam salutarem et alia de iure iniungenda. Datum Bononiae VII. Idus Maii anno nativitatis domini millesimo quadringentesimo decimo apostolica sede vacante.

R/a gratis pro Monticulo.

Ja. Cabassolis.

Auf der Rückseite. Detur magistro Thiderico de Cruczeberg canonico Misnensi.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem zerbrochenen Siegel des Bischofs an rothseidener Schnur.

No. 137. 1410. 28. Aug.

*Landgraf Friedrich der Jüngere reicht dem Franz Nuwenkirche Bürger zu Dresden eine Wiese by dem Sehe vor der stad Dr. gelegen, die eczwan Francze Phingistlandis gewest ist, zu Erb-
lehn mit der Verpflichtung, jährlich auf Michaelis 12 gute Groschen Erbzins auf das Schloss zu
reichen. Datum Dresden a. d. M° CCCC decimo quinta feria post Bartholomaei.*

Cop. 33 fol. 9 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

Hasche Urkundenb. S. 179.